UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De accedente ad Communionem cum peccato veniali, §. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

colligetur, illa urgente, nec tua culpa, non abſolutus, non peccaſti, communicando, atque adeo confeſsione non indiges.

§. 4.

De Accedente ad Communionem cum peccato veniali.

9 EST ne peccatum accedere ad Sacratiſsimam Euchariſtiam cum peccato veniali?

Vaſquez *a* quem ſequitur Io. Sanchez *b* docet non eſſe, ne veniale quidem, ſive quis comitanter accedat, cum affectu actuali ad veniale, ſive cum venialibus habitualiter, ſine aliqua diſplicentia de illis. Dicit (comitanter) nam ſi quis accederet ad Euchariſtiam, ob finem venialiter malum, v. g. ob vanam gloriam; quia finis ſpecificat actum; eſſe veniale non eſt dubium. Ratio principalis hujus ſententiæ

a Vaſq. de Euc diſp. 207 n. 18.
b Io Sanchez in ſelect. diſp. 22 n. 9. citãs Filliu. Hurt. Ledeſm. & alios.

illa eſt, quia veniale peccatum hujus Sacramenti effectum præcipuum, non impedit, ut eſt communis Theologorum aſſenſus: c peccatum enim veniale nequaquam opponitur gratiæ: & ex alia parte, non obligantur fideles ad procurandum omnem effectum, quem cauſſare poteſt Euchariſtia, nec ad omnem excogitabilem reverentiam, quam religioſa pietas poteſt exhibere: ſi enim ad hoc obligarentur; peccaret venialiter fidelis, niſi cum omnibus actibus, quos moraliter poteſt, ſeſe diſponeret: non igitur obligatur ſe diſponere, omne veniale removendo.

10 Suarez, *d* quem ſequitur De Lugo, *e* putat eſſe veniale, niſi quando in peccatis habitualibus excuſetur quis, quòd non poſſet ſe facilè recolligere, venialeque deteſtari. Ratio præcipua, quam hic inculcat De Lugo, eſt, quia irreverentia cenſen-

c *Suar. de Euc. diſp. 63. ſect. 3.*

d *Su. diſp. 66. ſec. 1. §. dicendum in primis.*

e *De Lugo de Euch. d 14. ſec. 2. n. 31.*

da eſt, cum ejuſmodi maculis, quamvis levibus, quaſi cum veſte nuptiali aliquantulum ſordida, tanto convivio intereſſe.

11 Verum enim verò cum certum ſit fideles nequaquam obligari ad omnem excogitabilem reverentiam, ut dictum eſt; deberet probare De Lugo ad hanc ſpecialem reverentiam nullas veniales maculas habendi, obligari fideles: quod Vaſquez, ſpectata hominum fragilitate, venialiumque peccatorum tenuitate, negabit. Utraque igitur ſententia probabilitate non caret: quare complectere tutò, quam mavis.

§. 5.

De Actuali devotione in ſumente Sacram Euchariſtiam.

12 Quamvis per actualem devotionem aptiùs anima diſponatur, adeoque ma-

jorem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN